

Prologus

Incipit prologus in librum duodecim prophetarum.

Quoniam ideo est duodecim prophetarum apud hebreos qui est apud nos. Unde secundum id quod ibi legitur. hic quoque dispositi sunt. Osee comaticus est et quasi per suas loquens. Joel planus in principiis. in fine obscurior. et usque ad malachiam habet singuli proprietates suas: que esdra scribarum legibus doctorum hebreorum autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos o paula et eustochium amonitas scire volo unum librum esse duodecim prophetarum: et osee synchronon non ysaiam. malachiam vero aggei et zacharie fuisse temporibus. In quibus autem tempus non profertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse sub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt.

Item alius prologus.

Regule sunt he sub quibus significacionibus nominum ad quas tribus per prophetas sermo domini dirigatur. Quotienscumque ad decem tribus tendit prophetia: sub his nominibus designantur. i. effraim. samaria. israel. ioseph. iezrahel. bethel. bethauen. et interdum iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus: sub his nominibus sermo profertur. i. iuda. hierusalem. beniamin. domus david. et interdum iacob. Aliquotiens israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud hebreos sententia de his quattuor versibus. qui in capite sunt prenotati. Plerique enim dicunt quod ab esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatum: ut prescripto uniuscuiusque nomine prophetia cui sit sequens noscat. Ipse est autem esdras qui ultimus prophetarum malachie nomine scribitur. Alii vero dicunt quod ab ipsis prophetis per spiritum sanctum ut cetera sunt conscripta.

Incipit prologus in librum Osee prophete.

In temporibus ozie et ioathe achaz et ezechie regum iuda et hieroboam filij iobe regis. Osee filius beeri ad prophetiam dicendam. spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum: achaz rex iuda: et hieroboam rex israel dominum dereliquentes: ut historie regum et paralipomenon indicant: etiam israel idolatrie crimine imperio ac potestate sua admittit

tere coegerunt. Propter quod deus ad osee hec locutus est dicens. Accipe tibi uxorem fornicariam sive fornicationum. et fac filios fornicationis. Fornicariam itaque non electioe corporis meretricem. sed gentilem deum ignorantem appellat: que dei creatoris sui amore premito: simulacrorum se subiecit desiderijs. Et cum dei precepto propheta in hac re paruisset conceptum ex ea filium iezrahel precepit nominare deo pollicente post breve tempus sanguinem iezrahel in domo iehu vindicare. Cuius promissionis hec causa est. iehu per heliseum in regem inuncto ad defendendum sanguinem naboth: cuius iezrahel queque tunc temporis metropolis erat. quem iezrahel achab regis israel uxorem interemerat. sicut regum historia exponit. Is cum graviter iuxta divinum preceptum vindicandi sanguinis causa in omnem memorati domum defecisset: hoc peracto dominum dereliquisse invenitur: cuius pronepote hieroboam qui lectione comprehensus est: originis sue facta imitatio. ac contra dei precepta et religionem cum populo israel agente: sanguis naboth qui in loco certe iezrahel fuerat profusus in domo iehu procuratoris memorati: hieroboam pro peccato redundaturus significatur. Hinc factum est ut ira dei vel populo israel per denunciationem prophete processura debere tur: domui autem inde minima lectione comprehensa ob hoc promissa est: quia ezechias rex iuda filius achaz sublatis idolis que tamen pater eius que ceteri reges consecrauerunt: templum dei purgasse et purificasse monstratur.

Incipit argumentum in eundem.

Osee crebro nominat effraim. samariam. ioseph iezrahel: et uxorem fornicariam et fornicationis filios: et adulteras cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam: et sub veste lugubri viri ad se reditum prestolari.

Ordo. xij. prophetarum secundum litteram. talis est. Osee. Amos. Micheas. Joel. Abdias. Jonas. Naum. Abacuc. Sophonias. Aggeus. Zacharias. Malachias. Secundum vero hebreos quos et hieronimus sequitur talis est ordo. Osee. Joel. Amos. Abdias. Jonas. Micheas. Naum. Abacuc. Sophonias. Aggeus. Zacharias. Malachias. Hic autem exponit translationem secundum hebraicam veritatem a hieronimo facta et composita.

Nomina regum. x. tribuum. Nomina regum duarum tribuum.

Jeroboam	Nadab	Roboam	Abia
Baasa	Beha	Asa	Josaphat
Zamri	Amri	Jorā	Ochozias
Achab	q̄rachab	Ozias	Arbalia
Joram	Jehu	Amalias	Ozias
Joachab	Joas	Joatham	Achab
Jeroboam	Zacharias	Ezechias	Manafes
Sellum	Manacn	Ammon	Jofias
Phaccia	Phacez	Joathab	Eliachi
Osee	Ultimus	Jecomias	Sedebias

q̄ zioachi